6 7

250

Actum in Castro Premysliensi, Feria Sexta pridie Festi Sancti Nicolai Pontificis, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Primo.

Ad Officium, Actaque praesentia Castrensia Capitanealia Premysliensia personaliter veniens Ministerialis Regni Generalis Honestus Stanislaus Gornik, Officio praesenti bene notus, in vim sui relationis vera ac fidelis relationis, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Citationis literalis infrascriptae, cuius tenor est eiusmodi.

Andreas Modrzewski, Legionarius Sacrae Regiae Maiestatis, Premysliensis Medicensis, Radomscensisque Capitaneus. Vobis Generosis Annae, primarum Generosi Lubienecki, ad praesens vero secundarum nuptiarum Generosi Mathiae Cwiniecki, Mariannae, Generosi Feliciani Kropiwnicki, atque Theodorae, Generosi Alexandri Kopystynski Coniugibus, Jasienickim, Generosi olim Jordan Jasienicki filiabus et successoribus legitimis, bonorum certarum Sortium, in Villa Wiatycze consistentium, aliorumque eo pertinentium haeredibus. de his, aliisque bonis Vestris generaliter omnibus, ac Summis pecuniariis quibusvis, Vigore Regio et Nostra, qua hac in parte fungimur Capitaneali authoritate, mandamus, ut coram Nobis seu Officio Nostro Castrensi Capitaneali Premysliensi in Terminis Querellarum et Causarum Officii, Feria secunda post Festum Sanctae Luciae Virginis et Martyris, nunc instans proxima, in Castro Premysliensi celebrandis, Vel his deficientibus, in aliis subsequentibus proximis. Ad instantiam Instigatoris Officii Nostri, eiusque Delatorum Nobilium Adami et Marinae Virginis Pokoreckich minorennium, Nobilis olim Joannis Pokorecki, olim Nobilis Jacobi Pokorecki Filii, cum Nobili Helena Dobrowlanska, primarum praefati Nobilis olim Joannis Pokorecki, ad praesens vero secundarum nuptiarum Nobilis Samuelis Cwiniecki Consorte legitima, primo Voto procreatorum Liberorum, in vati Vero

Ceterea ultra praemios officijs praefati Castren Capitanealis Premisliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia partis simplicibus, vel triplicatis, Exceptionibus, Suspensionibus fatalijs Juris, proscriptionibus Terrestribus bello, Conventionibus, ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis eva[dendo]. Ita suprascriptus praenominati Recognoscens ad praemissa omnia in datu.

Grochowski Jaskmanickie Cessio

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal Premisliensis Generosus Georgius Michael Grochowski, Venator Terrae Premisliensis, Sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Juribus Jurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quoad actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo, palam libere, publice ac per expressum recognouit. Quia ipse de omni et integro Jure suo, nimirum de Causa et Actione iudiciaria in fraternis per se Agnatis Generosis olim Salomeae de Grochowce, Generosi olim Andreae Kanski, Judicis [illegible] Conthu, et Annae, de eadem Grochowce, Generosi Nicolai Askmanicki Venatoris Leopoliensis Conthi, nec non Evictionis sui Recognitis ab impedimento processuum, per Successores olim Magnifici Thomae Grochowski Castellani Derpatensis ratione certarum pensionum, super olim Kanski et Askmanicki institutis, et super bonis villarum Molczany et Szasborowice perductis, seorsiuis bonis processibus ad officium praesens institutis. tum de totali Causarum earum ex Utrarumque processu, in quocunque puncto et gradu Juris, ad datum atque praesens dependens. Cum omni praemissorum Jure, praerogatiua, Competentiaque et praerogativa quavis, omnibusque et singulis